

quadratus versus choriambicus catalecticus

ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 127. 4 sqq. nec minus choriambicum, quod et phalaecium, e pentametro heroico derivatur. nam duobus dactylici versus colis, id est duobus hemistichiiis, nectitur, tamquam (Tib. I 1. 6)

dum meus assiduo luceat igne focus,

item: (lyr. inc. 99 [FPL 457] Blänsdorf)

nulla meo sedeat turba profana loco.

his post primum et semipedem si adicias syllabam seu positione seu natura longam, ut 'nulla meo iam', dehinc paenultima, quae in versu brevis est, si longa ponatur, id est pro 'loco' ut sit 'luco', efficietur versus e dactylico choriambicus quadratus catalecticus per adiectionem et inmutationem ita:

nulla meo iam sedeat turba profana luco.

... 19 sqq. ergo erunt in versu tres choriambi, ultimus bacchius a brevi incipiens. nam satis absone choriambo clauditur, meritoque tetrametrus catalecticus figuratur, ut

dum meus hic assiduo ardeat igne lucus.

[M.D.N.]